

VOTA NUPTIALIA

FELICIS OMINIS NOMINIS ET HONORIS

ERGO

*Nobilitate generis splendida, sapientia literata**virtute Heroica, & multarum rerum experientia**& usu Nobilissimo viro*

DOMINO

HEINRICO à NOSTITZ,

ET NOES, IN DEHSA, ET MALSCHVVITZ,

HÆREDITARIO, SACR. CÆS. MAJEST. à DAPIBUS

Secundas nuptias Budissinæ 16. Augusti,

Anno 1611. feliciter celebrantem

CUM

Nobiliss. Lettiss & pudiciss. Virgine

CATHARINA à NOSTITZ,

MAGNIFICI NOBILISS. ET STRENI VIRI,

DN. NICOLAI à NOSTITZ IN DEHSA, & C. SACR.

CÆS. MAJEST. in Camera regni Bohem. à Consil.

pie & felicis memor. filia relicta

Conscripta



AB AMICIS.

BIBLIOTHECA
PONICKAV

Anno Θεανθρωπήσεως

Deo ordinante heInrico nostIzIo

katharina DatVr.



Stemmate conjuncti thalamo junguntur in uno,
Corpora bina pari jungat amore DEUS:
Et bene conjunctis adjungat pignora lecti,
Delitias Matris, delitiasq; Patris:
Innumerisq; bonis & donis fautor & autor
Conjugij repleat, quo sine nulla salus.
Deniq; cum visum, mortali sorte solutos
Pertasosq; soli, jungat in arce poli.

CASPAR à METZRAD.

Anno Christi

In Dei benedictione ab VnDantla & satietas.








*S*ic né Heinricæ licet? vel pristina pactio sacra
hoc probat? aut suadent sacri socialia lecti
Fœdera? vel fas est? vel dant tibi Numina tantum?
Numina, Styx, Lethum, cunctarum obliuio rerum
ô extrema mihi! jubar utq̄, insigne corusci
Solis, sint testes, si non reuerentia amori
huic æterna: nec ulla tui me obliuio tentet:
Furatur per utrumq̄, Caput, per saxa, per ignes:
Tàm primo sacra relligioq̄, fidesq̄, in amore.
Immoti ac veteris dum stant tibi talia amoris
Præmia! pignora! Amor restet: discindis amorem
Corde vagabundo, peregrino incumbis amori:
Et nunc flamma, Venus, nunc tanti gratia amoris
tota perit: sacri nunc est obliuio pacti.

*E*st aliquid magni: atq̄, homini haud violabile fœdus,
Sed majus, quod Cura DEI est: transactio nutu
illius, ecce nova est in amore recente, decente.
Ante it hem nostris diuina scientia votis,

A 2


qua-



qualia vult nostræ primordia figere sorti
iust tenet, & medijs quos vult adponere fines.
Hoc HENRICE tibi obtingit lectissime Sponse,
Et tibi cum bella thalamum renovare puella
jam licet: hem duplex est in te cura ꝑ EHOVÆ.
Nubere jam melius quam sese exponere flammis
uri & comburi, rapidoq; extingui rigne.
dum te flamma urget, dum cogit iusta voluntas.
Exulto tecum atq; meam nova gaudia mentem
exhilarant mirè: Sed sunt tua propria tempe:
ex una costa jam sentis duplicem amorem.
pristina vitæ elisio fit collisio amoris:
quippe novi, penetrantq; tuam nova gaudia mentem.
Fure tuo magis exultas, tibi gaudia mille
in Sponsa obtingunt: cui Virtus inclyta famam
conciliat, dignæ Heröo de sanguine nasci
Nosticio, veluti præclaro è sydere cæli.
Nec forma in gratum decus est occasio amoris
nobilis arridens, quis blandimenta potentis
in ligno formæ male sanus temnere tentet?

Laws





Quid memorem ornamenta, decus, res, spes & honores,
Quæ nequeunt calamo sufficiente cani.
Hoc modò suspicio, quod tam feliciter ardet,
Fatali hoc anno, Nostitiana domus.
Cum Lusatis Silesi certant, viduisq; soluti
Quisq; suas primus vult abolere faces.
Tu primas Henrice tenes, exempla daturus
His, quibus mente pari sæpe rogatur idem.
Quò tibi majori grator, prosperrime Sponse,
Nomine, trina charis sit Katharina tibi.
Quam rege consilio, subjecta parcere gnarus,
Illa tibi pariat, pareat illa tibi.
Deniq; re, titulis, animoq; & corpore cresce,
Inclyte Nostiti, tuq; tuumq; genus.

Honoris & observantiæ
ergo apponebat

NICOLAUS à GERSDORFF.

ANNO
MDCXV Henrice: TORVM
Sponsa beatæ Katherinæ.

A 5

Cen



Deu perhibent Physici, viduatus conjugē turtur
Non nisi turbato flumine potat aquas.
Num talis sponsus? quem, cum Venus ipsa negaret
Ad thalami tædas ducere, fata trahunt.
Hæc fati vis est; votum jungamus eidem:
Ut placitum fuerit, firmet utrunq; Deus.
Jam tecum gestire juvat, cantusq; ciere,
Sponse, tuæ columnen stirpis, honosq; domus.
Sit καθαρά CATHARINA tibi: tu κἀγετες Hector:
Hæc tibi subdetur: tu dominator eris.
Non aqua, non ignis vestrum divellat amorem,
Sponsi: sed mentes ultima servet humus.


Fausti ominis & piæ acclamationis
ergò attexuit

HENRICUS à METZERAD

Anno 1608

Fœdera Casta tori Det DeVs atq; Vc bect.





BUDISSINÆ
Excudebat Nicolaus Zipferus.



Anno Salutis humane

DEVS SIT TECVM.



Zd 910 OK

EX LIBRIS
NICOLAI
SIBLERII

DEVS SIT TECVM

W. R.

m.c.



AK. 307 14

205 3881

Z d
910

FELIC
 Nobilitate
 virtute

HEIN
 ET NOES
 HEREDITA
 Secund
 Ann

CATH
 MAGNIF
 DN. NICO
 CÆS. M

UNIVERSITÄT
 HALLE
 (HALLE)

Dco

erata
 ia

TZ,
 VITZ,
 PIBUS
 i,

TZ,
 VIRI,
 SACR.
 nsil.

LIOTI
 CKAV

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------

